

# Liber

De excellentia animi ad imaginem creatoris sui conditi. **Ca. I.**

**H**omines in rebus que facte sunt ad cognoscendum eum quo facte sunt: exercere lectorum: iam puenimus ad eius imaginem quod est homo: in eo quo ceteris animalibus antecellit: id est ratione vel intelligentia: et quicquid aliud de anima rationali vel intellectuali dici potest: quod pertinet ad eam rem que mens vocatur vel animus. Quo nomine nonnulli auctores lingue latine: id quod excellit in homine: et non est in pecore ab anima que inest et pecori: suo quodam loquendi more distinguunt. Supra hanc ergo naturam si querimus aliquid et verum querimus: deus est: natura scilicet non creata: sed creatrix: que vtrum sit trinitas: non solum credentibus diuine scripture auctoritati: verum etiam intelligentibus: aliqua si possumus ratione iam demonstrare debemus. Cur autem si possumus dixerim: res ipsa cum qua disputandum cepit: melius iudicabitur. De summo bono quod semper inueniendum queritur et querendum inuenitur. **Ca. II.**

**H**is qui se ipse que querimus adiuvabit: ut spero: ne sit infructuosus labor: noster: et intelligamus que admodum dictum sit in psalmo secundo: **Letetur cor querentium dominum: querite dominum et confirmamini: quere te faciem eius semper.** Vide enim quod semper queritur: nunquam inueniri: et quod iam letabitur: et non potest iam contristabitur cor querentium: si non potuerint inuenire quod queritur. **Non enim ait: Letetur cor inuenientium: sed querentium dominum: et tamen dominum deum inuenire posse dum queritur: testatur Esaias propheta dum dicit: Querite dominum et mox ut inueneritis inuocate eum: et cum appropinquauerit vobis: derelinquat impius vias suas: et vir iniquus cogitationes suas. Si ergo queritur inueniri potestur dictum est: Querite faciem eius semper: an et inuenitum forte querendum est? Sic enim sunt incomprehensibilia requirenda: ne se existimet nihil inuenisse: quod quod sit incomprehensibile quod querebat potuerit inuenire. Cur ergo sic queritur: si incomprehensibile comprehendit esse quod queritur: nisi quia cessandum non est quod diu in ipsa incomprehensibili rerum indagine proficiat: et melior meliorque sit querens: tam magnum bonum quod et inueniendum queritur: et querendum inuenitur. Nam et queritur ut inueniatur dulcius: et inuenitur ut queratur avidius. Secundum hoc accipi potest: quod dictum est in libro ecclesiastico: **Qui me manducant adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitient. Manducant enim et bibunt quod inueniunt: et quod esuriunt ac sitiunt adhuc querunt. Fides querit: intelle-****

ctus inuenit. Propter quod ait propheta. **Nisi credideritis: non intelligetis. Et rursus. Intellectus cum que inuenit: adhuc querit.** De enim respexit super filios hominum: sicut in psalmo sacro canit: **ut videret si est intelligens aut requires deum.** Ad hoc debet homo esse intelligens ut requirat deum. Satis itaque rememorati fuimus in his que deus fecit: ut per ea cognosceret ipse que fecit. Inuisibilia enim eius per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. **Ubi arguunt in libro sapientie que de his que videntur bona non potuerunt scire eum que est: neque operibus attendentes agnouerunt artificem: sed aut ignem: aut spiritum: aut citatum aerem: aut gyrum stellarum: aut violentiam aquarum: aut luminaria celi: rectores orbis terrarum deos putauerunt: quorum quidem si specie delectati hec deos putauerunt: sciant quanto dominator eorum melior est. Speciei enim generator ea creauit. Aut si virtute et operationem eorum mirati sunt: intelligant ab his quanto que hec constituit fortior est. A magnitudine enim speciei et creature: cognoscibiliter poterit creator videri. Hec de libro sapientie propterea posui: ne me fidelium quispiam frustra et inaniter existimet in creatura prius per quasdam sui generis trinitates quodam modo gradatim donec ad mentem hominis peruenire: quesisse indicia summe illius trinitatis: quam querimus: cum deum querimus.**

**Quid disputatum quid ve sit comprehensum precedentium rationatione librorum. Ca. III.**

**E**d quoniam differendi et rationandi necessitas per quattuordecim libros multa nos dicere compulit: que cuncta simul aspiciere non valemus: ut ad id quod apprehendere volumus ea celeri cogitatione referamus: faciamus quantum domino adiuuante potuerimus: ut que quod in singulis voluminibus ad cognitionem disputatione perduximus remota disputatione breuiter congeramus: et tanquam sub vno mentis aspectu non quemadmodum res queque persuasit: sed ipsa que persuasa sunt ponamus: ne tam longe sint a precedentibus consequentia: ut oblivione precedentium faciat inspectio consequentium: aut certe si fecerit: cito possit quod exciderit relegendo recolligi. In primo libro secundum scripturas sacras: unitas et equalitas summe illius trinitatis ostenditur. In secundum et tertium et quartum eadem: sed de filii missione et spiritu sancti diligenter questio pertractata: tres libros fecit. Demonstratumque est: non ideo minorem mutentem eo qui missus est: quia ille missus: hic missus est: cum trinitas que per omnia equalis est: pariter quoque in sua natura immutabilis: et inuisibilis: et ubique presens inseparabiliter operatur. In quinto propter eos quibus ideo videtur

**Ps. 104**

**Ubi. s.**

**Esai. 55**

**Ps. 104**

**Ecc. 24**

nō eandē patriō filij esse substantiā: q̄ omne qd̄ de deo dicit̄: s̄m substantiā dici putant: et p̄pterea et gignere et gigni: vel genitū esse et ingentū: qm̄ diuersa sunt: contendūt substantiās esse diuersas: demonstrat̄ nō omne quod de deo dicit̄ s̄m substantiā dici: sicut s̄m substantiā dicit̄ bonus et magnus: et si quid aliud ad se dicitur: sed dici etiā relatiue: id est nō ad se sed ad aliquid qd̄ ipse nō est: sicut pater ad filium dicit̄: vel dñs ad creaturam sibi seruientē: vbi si quid relatiue: id est ad aliquid qd̄ ipse nō est etiā ex tpe dicit̄: sicut est. **D**ñe refugiu factus es nobis: nihil ei accidere quo mutes: s̄ omni no ipm̄ in natura vel essentia sua imutabilem p̄manere. **In. vi.** quō dicit̄ s̄m xp̄us ore ap̄lico dei virtus et dei sapientia: sicut disputat̄: vt differat̄ eadem questio diligenti⁹ retractanda: vtrū a quo est genitus christus nō sit ipse sapientia: sed tñ sapientie pater: an sapientia sapientiam genuerit: s̄ quodlibet horū esset: etiā in hoc libro apparuit trinitatis equalitas: et non deus triplex: s̄ trinitas: nec quasi aliqd̄ duplū esse patrē et filium ad simplū sp̄m̄ sc̄m: vbi nec tria plus aliqd̄ sunt q̄ vnū horū. **D**isputatur etiā quō possit intelligi quod ait **H**ilarius ep̄s. **E**ternitas in patre: species in imagine vsus in munere. **In. viij.** questio que dilata fuerat explicat̄: ita vt deus qui genuit filiū: non solum sit pater virtutis et sapientie sue: sed etiā ipse x̄tus atq̄ sapientia. **S**ic et sp̄s sanct⁹. **N**ec tñ simul tres sunt virtutes: aut tres sapientie sed vna x̄tus: et vna sapientia: sicut vn⁹ deus: et vna essentia. **D**einde questum ē: quō dicantur vna essentia: tres p̄sone: vel a q̄busdā grecis vna essentia: tres substantie: et inuenta ē elocutionis necessitate dici: vt aliquo vno nomine enūciarent̄: cū querit̄: qd̄ tres sint: q̄ tres esse veraciter cōsitemur: patrē. s̄. et filiū et sp̄m̄ sanctū. **In. viij.** rōne etiā reddita intelligentibus clarū est in substantia veritatis nō solum patrē filio nō eē maiore: sed nec ambos simul aliquid maius esse q̄ solū sp̄m̄ sc̄m: aut quoslibet duos in eadem trinitate mai⁹ esse aliquid q̄ vnū: aut oēs simul tres mai⁹ aliquid esse q̄ singulos. **D**einde p̄ veritatē que intellecta cōspicit̄: et p̄ bonū summū a quo ē omne bonū et p̄ iusticiā p̄pter quā diligit̄ anim⁹ iustus: ab animo etiā nōdū iusto: vt natura nō solum in corpore: verū etiā in cōmutabilis quod ē de⁹ quātū fieri pōt̄ intelligeret̄ admonui: et p̄ charitatem que in scripturis sanctis deus dicit̄ ē p̄ quā cepit̄: vtrūq̄ etiā trinitas intelligētibus apparere: sicut amans et qd̄ amat̄: et amor. **In ix.** ad imaginē dei: qd̄ est hō s̄m mentē puenit

disputatio: et in ea quedā trinitas inuenit̄: id est mēs et noticia: qua se nouit̄: et amor quo se noticiāq̄ suā diligit̄: et hec tria equalia inter se et vn⁹ ostendunt̄ essentie. **In. x.** hoc idē diligētius subtiliusq̄ tractatum est: atq̄ ad id p̄ductum: vt inueniret̄ in mente euidentior trinitas eius: in memoria sc̄z et intelligentia et voluntate. **S**ed qm̄ et hoc compertū est: q̄ nunq̄ eē ita potuerit: vt mens nō sui meminisset: non se intelligeret et diligeret: q̄uis nō semp se cogitaret. **L**um aut̄ se cogitaret: nō se a corporebus rebus eadē cogitatioe discerneret: dilata est de trinitate cui⁹ hec imago ē disputatio vt in ipsis etiā corporebus visis inueniret̄ trinitas: et distinctius in ea lectoris exerceretur intentio. **In. xi.** ergo electus ē sensus oculorū in quo id qd̄ inuentū ē etiā in ceteris quattuor sensibus corpis et nō dictū posset agnosci atq̄ ita exterioris hoīs trinitas: primo in his q̄ cernunt̄ extrinsecus: ex corpore sc̄z quod videt̄ et forma que inde in acie cernētis imprimitur et vtrūq̄ copulātis intentione voluntatis apparuit. **S**ed hec tria non inter se equalia: nec vnus esse substantie claruerūt. **D**einde in ipso animo ab his que extrinsec⁹ sensa sunt velut introducta inuenta est altera trinitas: vbi apparerent eadē tria vnus esse substantie. **I**maginatio corpis que in memoria est: et inde informatio cū ad eam cōuertit̄ acies cogitātis: et vtrūq̄ coniungens intentio voluntatis. **S**ed ideo ista trinitas ad exteriorē hominem repta est prinere: quia de corpibus illata est q̄ sentiunt̄ extrinsecus. **In. xij.** discernenda vis est sapientia a scientia: et in ea que p̄prie scientia nuncupat̄: quia inferior est: prius q̄daz sui generis trinitas inquirenda. **Q**ue licet ad interiorē hoīem iā prinereat: nōdū tñ imago dei vel appellanda sit vel putāda. **E**t hoc agit̄ in xij. p̄ cōmendationē fidei xp̄iane. **In. xiiij.** aut̄ de sapientia hoīs vera: id est de munere in eius ipsius dei participatione donata: que a scientia distincta est disputat̄. **E**t eo peruenit disputatio vt trinitas appareat in imagine dī quod est hō: s̄m mentē: que renouat̄ in agnitione dei: s̄m imaginē ei⁹ q̄ creauit hoīem ad imaginē suā: et sic p̄cipit sapientiam vbi p̄templatio est eternoꝝ.

Col. 3.  
Gen. 1

**In** quarum rerū contemplatione summa trinitas inquirenda sit. **Ca. III.**  
**N**am ergo in ipsis rebus eternis incorporeis et in cōmutabilib⁹ in q̄rū p̄fecta p̄tēplatione nobis beata q̄ non nisi eterne est vita p̄mittit̄: trinitatē q̄ deus ē inquireamus. **N**ecq̄ em̄ diuinoꝝ lib: or̄ tñmō